

atque urinae rubrae e vesica copiosae venientes
faepius ad septimum diem eam solvunt, aut in
tertianam convertunt, sudor autem numquam
aegrotis profuit, quamvis copiosus fuerat, vim ta-
men febris breviorem ille frustra effect: nec san-
gvinis fluxus magnum attulit auxilium; non enim
vidi, quamvis plurimis ea correptis quibusdam in
locis auxiliator adfueram, frequenterque sympto-
mata ejus observaveram*; prius quidem in Regioni-
bus Macedoniae & Thessaliae alioquin calidioribus,
cum ambae ad meridiem vergant, ubi haec semi-
tertiana quotannis popularis fuerat; nuncque ite-
rum in Dacia, praesertim autem anno et mense
hoc, in quo & alios quidem, me autem pessime
affixit.

§. 6. Hoc itaque modo haec insiliens ad sextum usque diem irruit. Quando autem perniciofa haec diem septimum transgreditur,

M nec

(*) Ita quidem prout naturaliter procedebant hujus febris symptoma-
ta et decursus, nullo assumto medicamento vel instituto remedio,
quae decursum morbi omnino sat perturbant ac mutant; quan-
plerumque fero, post diem morbi 5tum 6tum 7tum et c. usque
ad 20tum, uti ibidem mos est, ad aegros accersitus fueram, a-
deoque vel ab ipso aegro vel ab astantibus morbi historiam audi-
veram, vel et ipse saepius videram; ut etiam in juvenili mea ae-
tate, antequam medicus fueram, apud multos necessarios hoc mor-
bo grassante correptos progressum ejus et exitum observaveraim.